
Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 310 8°




Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 310 8°


Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 310 8°



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 310 8°



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 310 8°



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 310 8°

7, -115

LN 310

M

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 310 8°

DISPOSITIO TRIVM CONCIONVM EX HOSEÆ 14. capite pro miniſtris verbi, in diebus precationum 25. 26. 27. Martij.

Scripta à

IOHANNE ALBERTIO.

HAFNIÆ,
Excudebat Laurentius Benedictus.
1 5 6 6.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 310 8°

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 310 8°

EXORDIVM.

IN HAC GRAVI mœſtitia, & longa miſeriarum noſtrarum tela, id omnino nobis Chariſſimi fatendum eſt, quod de ſui temporis calamitate dixit Ieremias, Miſericordiæ Domini quòd non conſumpti ſumus, quia non defecerunt miſerationes eius. Nam cũ in hiſce periculoſis motibus, & ingentium malorum concurſu, quæ proximis temporibus non tantum hæc regna quaſſarunt, Verum etiam graues Eccleſiæ diſſipationes attraxerũt, tanta fuerit noſtra ſecuritas & ignauia, vt ab inueterata peccandi conſuetudine non modo non abſterriti, aut ad pœnitentiam permoti ſimus, Verum etiam incurabili quadam contumacia publicas ca-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 310 8°

lamitates & pœnas diuino iudicio longè lateq́ ſerpentes cõtempſerimus, Indubiè iam ϖανολεθρίᾳ quadam deleti prorſus, & conſumpti fuiſſemus, niſi Deus ineffabili ſua clementia ſemen nobis reliquiſſet, iramq́ ſuam iuſtiſſimam miſericordia lenyſſet.

Vnde ſeriò nobis cogitandum eſt, non quo pacto miſerationibus Dei ad explendam peccandi libidinem abutamur, Sed quo pacto horribiles errores, & deteſtandam in tantis rebus ſocordiam noſtram agnoſcere & deplorare poſſimus, ac ſimul in Domino miſericordiarũ & omnis cõſolationis patre tanq̃ in portu tutiſſimo, ingruentibus aduerſitatum procellis, Salutis noſtræ anchoram figere. Deinde etiam æterno patri toto pectore gratias agere, quòd pœnas

com-

commeritas nonnunq̃ mitiget, ac in turbationibus grauiſsimis interuallum aliquod tranquillum concedat, vt inuocationis & pœnitentiæ exercitijs inuigilare poſsimus, communesq; gemitus & vota, ante faciem Domini in miſerationibus eius proſternere. Vbi enim publicæ ærumnæ quæ peccatorum atrocium ſunt flagella conſpiciuntur, & mentes ad ſenſum iræ Dei propter has pœnas expaueſcere, & conſternari incipiunt: ibi remidia ſunt preſentiſsima, ſeria ad Deum conuerſio, fidelis inuocatio, & conſolatio è conſtantiſsima promiſsionum Dei veritate, mirabiliumq; liberationum exemplis petita.

Hæc itaq; remedia & nos in hiſce publicis calamitatibus amplecta-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 310 8°

tamur, & ſeria pœnitentia fideliq́ oratione ad Deum confugiamus præſidia & conſolationem ex ipſo ſolo petentes: Quod niſi fecerimus indubie extrema illa vindicta, quam contemptoribus ſuis poſt crebras prædictiones, admonitiones & pœnas Dominus infligere ſolet, nos incautos, & oſcitantes opprimet. Propinquus enim eſt Dies Domini (vt Ioel ait) & quaſi vaſtitas ab omnipotente veniet.

Ceterum quia magnum eſt noſtrum in hac re frigus, & pœnitentiam, quam omnes neceſſariam eſſe clamamus, difficulter admittimus, laudandum eſt pijſſimi & clementiſſimi Regis noſtri Friderici ſecundi edictũ, quo hos tres publicarum precationum dies iam denuo indici voluit,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 310 8°

it, quibus omnes cuiuſcunq; fuerint ordinis & ſtatus, ad ſacros cœtus cõueniant, peccata ſua ſeriò deplorent, votaq; ſua coniunctim in cœlum eleuent, vt Deus miſericordiæ & bonitatis ſuæ memor, non omnem iram ſuam in nos accendere velit, Sed propitius eſſe iniquitatibus noſtris, atq; propter nominis ſui gloriam eccleſiæ fluctuanti aliqua hoſpicia concedere, aduerſariorumq; noſtrorum conſilia, & conatus impedire. Faxit Deus æternus pater, vt in publica hac peccatorum noſtrorum confeſſione abſit omnis Hypocriſis, adſit triſticia quæ ſecundum Deum eſt, ardens ſit & aſſiduus in precando affectus, ferueat emendationis vitæ ſtudium, ac nihil niſi quod ad gloriam Dei faciat veramq; pietatem promoueat à nobis admittatur.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 310 8°

Porro quia ſegnities & ſecu-
ritas noſtra ſatis accuſari nequeunt,
& corruptiſsimi huius ſeculi mores
ſeueriores admonitiones efflagitant,
conſtitutum eſt vt hiſce ordinarÿs li-
taniarum diebus tractetur Textus,
è capite 14. Hoſeæ prophetæ de-
promptus, Quòd his temporibus, qui-
bus peccandi pertinacia vindictam
Dei in nos prouocauimus, valdè ſit
accõmodus, idq; non ſolum quia com-
minationes pœnarum grauiſsimas
habet, aduerſus eos qui peccatis ſuis
delectantur vnicè, & omnes ſaluta-
res admonitiones aſpernantur, qua-
les (proh dolor) multi reperiuntur
hodie. Verum etiam quia conſilium
ad euitandas huiuſmodi pœnas opti-
mum & tutiſsimum proponit, & ad
ſalutarem conuerſionem grauiſsimè
exhor-

exhortatur, ac deniq; conſolationem dulciſsimam adhibet, quam ex immenſa Dei benignitate capient omnes, qui ad ipſum verè conuertuntur. Tractemus ergò hodie, Deo animum & linguam gubernante, hæc ſequentia Prophetæ verba.

TEXTVS CONCIONIS primæ Diei.

Pereat Samaria, quoniam ad amaritudinem cōcitauit Deum ſuum, in gladio pereant, paruuli eorum elidantur, & fœtæ eius diſcindantur.

ENARRATIO.

PRopheta Hoſeas cōſpecta ingenti populi Iſraelitici contumacia & rebellione ſubinde grauiſsimis ex-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 310 8°

hortationibus & comminationibus vſus eſt, vt ipſum ab horribili iſta idololatria & alijs abominationibus, quibus contaminatus erat, reuocaret, Sed cum ad excuſationem quam ad agnitionem ſcelerum ſuorum ſemper eſſet propenſior, atq; etiam flagitiorum impunitatem ſibi polliceretur, propterea quod confeſtim debitis pœnis non afficeretur, Tandem ob intolerabilem eius peruicatiam extremum & crudeliſſimum interitum hiſce verbis denunciare voluit, tum vt ſceleratam impunitatis perſuaſionem ipſi adimeret, tum vt grauitatem pœnarum, qua tarditatem compenſat Dominus, exaggeraret, vbi enim cumulantur flagitia cumulantur etiam pœnæ, quas tunc effundet Deus,

cum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 310 8°

cum colligatam apud ſe peccantium impietatem mulctare voluerit. Videamus itaq; ex his verbis.

Primum. Qualis hæc ſit iræ Dei comminatio, & quis eius uſus.

Secundo. Quænam ſit in nobis pœnarum & calamitatũ cauſa.

DE PRIMO.

COmminatio hæc acerrimas pœnas proponit, in quas incurſuros ait Iſraelitas iuſta Dei vindicta, quia peccatis ſuis & contumacia Deũ exacerbarũt ipſiq; perpetuo reſtiterũt,

Non

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 310 8°

Non enim ſimplex eſt hæc crudelitas
qua aliquãdo affligẽdos pronunciat,
ſed multis calamitatibus publicis &
priuatis permixta, Siquidem miſera-
bile hoc eſt, quòd ab hoſtibus vaſtãda
ſit non aliqua eius gentis ciuitatula,
ſed ipſa Samaria Regni decem tribu-
um metropolis & ſedes præcipua, cu-
ius vaſtatio adeò ingentem ſecum at-
trahat ruinam, vt non modo qui de
plebe ſunt, ſed etiam potentiſſimi ſa-
pientiſſimi & opulentiſſimi gladio
occumbant: & certè crudeliſſimum
eſt, quòd infantes & ab vtero mater-
no pendẽtes, ad parietes & pauimen-
ta allidendi ſint, quòdq; mulieres fœ-
tæ ſiue grauidæ, immani quadam fe-
ritate ab hoſtibus diſcindendæ ſint.
Cor ſanè ferreũ eſſet quod ad hæc tã
triſtia ſpectacula non commoueretur

&

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 310 8°

& exhorreſceret. Sed quarum re-
rum nos hæc comminatio admonet?

Primum oſtendit Deum in ira ſua tantæ eſſe clementiæ & bonitatis, vt anteq̃ plagas, & commeritas pœnas infligat, admonitionibus & minis inſtar boni & mitis patris vtatur, non vt vanum terrorem hominibus incutiat, ſed vt territi ad ipſum conuertantur, pœnasq; & miſerias impendentes effugiant. Quemadmodum Amos 3. dicitur, non faciet Dominus Deus verbum, niſi reuelauerit ſecretum ſuum ad ſeruos ſuos Prophetas &c.

Secundo admonet iram Dei aduerſus peccata, non eſſe rem leuem & puerilem, quemadmodũ multi ſecurè imaginantur: Sed omnium grauiſſimam, quam cum in huiuſmodi

triſti-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 310 8°

triſtibus ſpectaculis rectè intuentur homines, non poſſunt non expaueſcere. Quia autem hanc grauitatem iræ Dei non (vt par eſt) conſideramus, neceſſarium eſt vt altius in hanc rem mētis oculos defigamus, & cum comminationibus horrenda exempla expendamus, quibus Deus veritatem comminationum ſuarum, & iuſtam aduerſus peccatores vindictam non tantum priſcis temporibus ſed etiā hac noſtra ætate innoteſcere voluit, vt tandem ſecuritatem noſtram deponamus, atq; ad timorem Dei & veram pœnitentiam excitemur.

Aſpiciamus itaq; iuxta prædictiones grauiter punitum populum Iſraeliticū, & vaſtata Samaria in captiuitatē abductum. vide 4. Regū 17. Aſpiciamus & noſtras miſerias, quibus

bus non parum quaſsatum eſt regnum Daniæ, non modo miſerè captis & trucidatis præſtantiſsimis hominibus, verumetiam crudeliter oppreſſis & interfectis mulierculis & infantibus, & verè intelligemus haud irritas fuiſse comminationes Dei in verbo & ſignis hactenus propoſitas, nec iram Dei aduerſus peccata noſtra leuem fuiſse, Quare nos quos tanq̃ reliquias in hunc vſq; diem conſeruare voluit Dominus, hiſce minis & exemplis excitati, ad irã Dei expaueſcamus, & miſericordiã patris cœleſtis ardentibus votis imploremus, Quod niſi fecerimus extimeſcendum eſt ne calamitas illa quam experti ſũt Iſraelitæ, & quam ſenſerunt vicinæ in his terris prouinciæ, nos noſtraq; omnia euertat & abſorbeat.

Ter-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 310 8°

Tertio admonet fruſtra à nobis concipi & fingi impunitatis ſpem ex dilatione pœnarum, quia tametſi pœnæ interdum comminationes in ipſo articulo non conſequuntur, tamen Deus impietatis noſtræ non obliuiſcitur, Sed (niſi pœnitentiam egerimus) eam non minus apud nos quam apud Iſraelitas, alioſq; homines atrocibus ſupplicijs debito tempore puniet. Longanimitate enim Dei ſic vtamur, vt ex ea non ſecuritatem nobis polliceamur, quemad: Iſraelitæ, Sed rectitudinem iudiciorum Dei diſcamus, quod videlicet non cæco furore ad puniendum rapiatur, ſed iuſto iudicio, ac ſimul bonitatem eius conſideremus, qui cum ſubitò nos poſſit opprimere, tamen tempus pœnitentiæ ſufficiens largitur, vt conuerſionem

potius

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 310 8°

potius peccatoris q̃ mortem quærat Rom: 2. 2. Petri, 3.

DE SECVNDO.

Ceterum quia ea hominum eſt natura, vt dum comminationes audiunt, vel afflictiones diuinitus immitti vident, ſeipſos excuſent, cauſamq́; afflictionum in Deum, aliasq́; res extra ſe poſitas referant: veram pœnarum cauſam proponit Propheta, cum inquit. Quia ad amaritudinem concitauit Deum ſuum, ſiue exacerbauit Deum ſuum, ſignificans ipſos Iſraelitas ſibi omnis mali authores eſſe, quia defectione & contumacia multiplici iram Dei aduerſus ſe concitarunt, idq́; hoc fine facit Propheta, vt qui hactenus iudicia Dei contempſerunt, nunc in ſeipſos deſcen-

dant, afflictionum cauſas in ſe quærant, inuentasq́ diligenter emendent. Fuerunt enim Iſraelitæ ad idololatriam aliasq́ abominationes contra mandatũ Dei adeo procliues, vt tametſi multoties à Deo varijs calamitatibus puniti ſint, ad conſueta tamen vitia redierint, & gentium potius idolomaniam q̃ verum Dei cultum conſectari voluerint. Quemad: Iudic:2. narratur. Fecerũtq́ filij Iſrael malũ in conſpectu Domini, & ſeruierunt Baalim, & dimiſerunt Dominum Deum patrum ſuorum, qui eduxerat eos de terra Ægypti, & ſecuti ſunt Deos alienos, Deos quoq́ populorum in circuitu eorum, & adorauerunt eos, & ad iracundiam concitauerunt Dominum, dimittentes Dominum, & ſeruientes Baal &

Aſta-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 310 8°

Aſtarot &c. alijsq́ in locis quam plurimis, vt Ezechielis 20. & 23. Hieremiæ 2. Hoſeæ 13. 4. Reg: 17.

Porro ad amaritudinem concitatur Deus ſiue exacerbatur, quando homines relicto verbo & vero cultu Dei, laxatisq́ cupiditatum frenis, omnes ſalutares admonitiones contemnunt, Signa iræ Dei parui pendunt, pœnis quas infligit Deus non vtuntur ad pœnitentiam agendam, & colendam pietatem, ſed pertinaciter ſuas opiniones deſideriaq́ carnis ſectantur, & diuinæ voluntati reſiſtunt &c.

Hinc nos diſcamus, primo afflictionum publicarum & priuatarum cauſam rectè perpendere, & ſepoſitis blandimentis quibus ſæpenumerò nobisipſis imponi-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 310 8°

mus, ſinum proprium rimari. Nihil enim excuſatione opus eſt, nec quiſq̃ in communibus aduerſitatibus ſecuritatem ſibi polliceri poteſt, quaſi à culpa liber, & alienus ſit, longè enim lateq; hoc peſtiferum peccati venenum ſerpit, & contagione ſua q̃ plurimos inficit, vnde mirum non eſt, exacerbari in nos Deum ipſum, & grauitatem ac multitudinem peccatorum noſtrorum varijs miſerijs punire. Nam non tantum in vnoquoq; noſtrum multi inueniuntur lapſus quotidianj, quos malum illud inhabitans per concupiſcentias ſuas producit, ſed etiam imperium obtinuêre craſſa illo & in vulgus graſſantia flagitia, quibus nihil Deo abominabilius nihil homini pernitioſius. Creſcunt enim, proh dolor, in

 dies

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 310 8°

dies etiam in hoc triſtiſsimo luctu, quo ante oculos extremum exitium nobis obuerſatur, innumera ſcandala, & confuſiones, vſq; adeo vt tota ferè vita noſtra ſcelerum & flagitiorum enormium rectè theatrum appellari poſsit. Apud pleroſq; enim in precio eſt, ſceleratus miniſterij & miniſtrorum verbi contemptus, qui varias contumelias, & conuicia indies cumulat, vt aliquam aduerſus eos vindictam exerceat, qui ſe graſſantibus ſceleribus opponunt: Alijs in admiratione hypocriſis eſt, quæ dum ſanctimoniæ ſpeciem prætendit, nec quod verum eſt aperit, vitia multorum confirmat, & ad quæuis mala, incitamenta præbet. Taceo periuria, & cruentas maledictiones, vſuras, tyrannidem, libidines, & deteſtan-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 310 8°

dam omnium malorum ſcaturigi-
nem ebrietatem, quæ ſic apud om-
nium hominum ordines obtinuit,
vt voluntaria illa inſania, non
inter vitia, ſed inter primas fe-
rè virtutes connumeretur. Lon-
gum ſanè foret, peccatorum collu-
uiem verbis depingere, quibus in-
dies ad acuenda iræ ſuæ flagella
Deum excitamus. Accedit his om-
nibus peccandi licentia, & ſcele-
rum impunitas, quæ facit, vt non
modo cumulentur peccata, ſed eti-
am tam ſuperioribus quam inferi-
oribus grauiſſimum accerſatur ex-
itium. Certum enim eſt, quomodo-
cunque pœnæ remittantur: Scorta-
tores tamen, adulteros, homicidas,
& omnes ordinem diuinitus inſti-
tutum turbantes, à Deo iudicandos
eſſe,

eſſe, quemadmodum ſacræ literæ pluribus in locis atteſtantur. Hæc teterrima vitia nos ſedulò cogitare oportet, vt in miſerabili hoc rerum noſtrarum ſtatu, in nos ipſos deſcendere poſsimus, & vero animo pœnitentiæ pietatiſq; ſtudium amplecti, vt tandem ceſſet plaga Dei, & tranquillitas aliqua Eccleſijs, Rebuspublicis, & œconomijs, diuina clementia concedatur.

Sed quæri poteſt, quare homines vſq; adeo in tantis periculis conſtituti, ſuam miſeriam negligant, nec ad Deum omnis miſericordiæ & conſolationis patrem, pro mitigandis hiſce ærumnis confugiant. Eius certè rei plures cauſæ exiſtunt. Alij enim Epicu-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 310 8°

reiſmo quodam infecti, caſu & fortuitò omnia fieri, mutariq́; exiſtimant. Alij ad ſtoicum fatum rerũ euentus alligant, & fatali quodam ordine cauſarum omnia geri arbitrãtur. Alij eos duntaxat peccati accuſant, qui pœnis opprimuntur, haudquaquam ſe illis pares reputantes. Alij peccandi conſuetudine, & ſpontanea rebellione ſic dedoluerunt & excæcati ſunt, vt neq; peccata, neq; pœnas rectè poſsint animaduertere. Alij cum aliqua effulget è periculis liberatio, confeſtim ſibi ſpem faciunt, ceſsaſſe prorſus irã Dei, nec vltra quidq̃ mali immiſsuram eſſe, vnde ad conſuetas illecebras, & voluptates redeunt, præcedentium pœnarum prorſus immemores. Hæc multorum ſunt effugia, & hi errores,

res, quos dum contra vocem Dei expreſſam, ſibi familiares faciunt, pœnas & peccata negligunt, & timore Dei vacui in impietate ſua ſceleratè perſiſtunt. Atqui omni ſtudio inuigilandum nobis eſt, ne hiſce prauis opinionibus & peruerſis ſtudijs occupemur, quæ à verbo Dei homines abducunt, & Deum ad puniendum exaſperant.

Præterea obſeruandum eſt hoc loco, quòd quemadmodum regnorum & rerumpublicarum interitus, ex inobedientia & rebellione aduerſus Deum oritur, quemadmodum apertè Oſeas pronunciat: ita earundem fœlicitas, & conſeruatio inde pendet, vt tam ſuperiores quàm inferiores verbo Dei ſe regendos tradant, omneſq; conatus ſuos & conſilia, ad

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 310 8°

voluntatem Dei accommodent. Cuius ſanè rei in ſcripturis multa ſunt exempla. vt Ioſuæ. Dauidis. Salomonis. Ioſaphat. Ezechiæ, aliorumq; principum, quæ enumerare nunc longum eſſet, cum legentibus hiſtorias ſacras paſſim ſint obuia.

Poſtremo quia tum ex hoc loco, tum ex alijs quamplurimis manifeſtum eſt, populum Iſraeliticum initio à lege & cultu Dei, ad ſuperſtitiones, & figmenta deflexiſſe, atq; paulatim vberiores progreſſus feciſſe, vſq; adeo vt propter horrendam idolomaniam & rebellionem, extrema tandem paſſus ſit, & miſerè diſſipatus, nos exemplo admoneri decet, vt errorum & peccatorum initijs, totis viribus

bus reſiſtamus, ne quotidie in peius proficientes, in teterrimos lapſus tandem ruamus præcipites, è quibus haud facilè propter peccandi conſuetudinem extricari poßumus. Deinde etiam vt ſemel atq; iterum puniti à Deo, priſtina vitia tanquam peſtem nocentißimam, fugiamus, ne ad amaritudinem Deum prouocantes, extirpemur funditus, ac non modo calamitatibus temporarijs opprimamur, ſed etiam æternis cruciatibus ob impœnitentiam adiudicemur. Non enim ceßat aduerſarius noſter Diabolus, ſed ſcelerum initia & progreßus aſtutè adiuuat, vt à Deo nos prorſus diſiungat, & ſocios cruciatus in Gehenna efficiat. Quare rogandus eſt Deus, vt ſuo ſancto ſpiritu, in vera pietate & timore

nos

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 310 8°

nos conſeruet & confirmet, pœnaſq́ꝫ quæ adhuc ceruicibus noſtris immi-nent, clementer mitiget, & Satha-næ fraudes, ob nominis ſui gloriam diſturbet, ut ipſum ritè agnoſca-mus, & cum cœtu fidelium in ſecula ſeculorum celebremus. Amen.

TEXTVS CONCIO-
nis ſecundæ Diei.

Conuertere Iſrael ad Domi-num Deum tuum, quoniam corruiſti in iniquitate tua. Tollite uobiſcum uerba, & conuertimini ad Dominum, & dicite ei. Omnem aufer iniquitatem, & accipe bonũ, & reddemus uitulos labiorũ. Aſsur non ſaluabit nos, ſu-per equum non aſcendemus, nec dicemus ultra, dĳ noſtri

opera

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 310 8°

opera manuum noſtrarum, quia eius qui in te eſt miſereberis pupilli.

ENARRATIO.

QVemadmodum ſuperiore concione Propheta fulmine comminationis diuinæ, & prædictionis pœnarum imminentium Iſraeliticum populum terruit, vt cauſam futuræ vaſtationis, & calamitatis expendens, ad Deum vnicum in malis aſylum, relicta impietate confugeret, & pœnas commeritas deprecaretur. Ita nunc aptiſsimè concionem de ſalutari ad Deum conuerſione attexit, & modum conuerſionis præſcribit, vt Deū non modo ſcelerū iudicem & vindicem, ſed etiam miſericordiarum pa-

trem

trem ſtatuat omnibus ijs, qui ad gra-
tiam ipſius aſpirant, & ſeria pœnitē-
tia ad ipſum conuertuntur. Eſt itaq;
hæc concio conſilij, & conſolationis
pleniſsima, quod conſternatis animis
& ad horribiles iræ Dei plagas ex-
paueſcentibus rationem ſalutis &
gratiæ commonſtret.

Tria autem in vniuerſum in
his verbis ſpectanda ſunt.

Primum, ipſa exhortatio ad pœnitentiam.

Secundum, quænam ſit uera conuerſionis ratio.

Tertium, quinam ſint pœnitentiæ ſeu conuerſionis fructus.

DE PRIMO.

Hanc exhortationem Propheta cōminationibus aptiſsimè ſubiun-

iungit, vt oſtendat non aliam eſſe ex afflictionibus (quas propter ſummã ingratitudinem, & contumaciam noſtram immittit Deus) euadendi viam, quam ſi homo ad Deum per pœnitentiam redeat, a quo per peccatum diſceſſit. Poſtq̃ enim pœnas propoſuit grauiſſimas, nimirum vaſtationem regni, occiſionem populi, mulierum grauidarum & infantium crudeliſſimam trucidationem, à vulneribus & pœnis ad remedia confeſtim tranſit, & graui exhortatione populum à peccatis, & rebellione ſua reuocare conatur, ne in ſolita peruicatia perſiſtens, tandem pœnis, quas mandato Dei prædixit, prorſus opprimatur.

Saluberrima itaq; & grauiſſima hæc exhortatio nos admonet.

Pri

Primum, quidnam nobis omnibus
faciendum ſit, cum iram Dei aduer-
ſus noſtra peccata ſentimus, & pœ-
nas commeritas iam iam nobis immi-
nere conſpicimus. Non enim quid
ratio & caro noſtra, in tantis per-
turbationibus ſuadet, amplectendum
eſt, ſed quod verbum Dei hortatur,
& monet. Siquidem ratio vel Deũ
iratum fugit, & auerſatur, eum im-
placabilem ſcelerum vindicem ſtatu-
ens, à quo tanq̃ ab hoſte nihil auxilij
ſperare audeat, vel ad præſidia hu-
manarum rerum ficulnea confugit,
& ſine Deo malorum ſuorum θέλγη-
τρα quœdam quærit, quæ neq; vulne-
ribus medentur, neq; aliquid ſolidæ
conſolationis adferre poſſunt. Atqui
verbum Dej docet, Deum non velle
mortem peccatoris, ſed potius vt con-
uer-

uertatur & viuat, quemadmodum non modo Prophetæ & Apoſtoli, ſed & ipſe filius Dei docet, cum ait, ſe veniſſe vt peccatores ad pœnitentiam vocet, & præterea omnes laborantes, & peccati mole oppreſſos ad ſe inuitat.

Hanc Dei gratiam in verbo propoſitam, nos in quibuſuis anguſtijs intueamur, & cogitatione miſericordiæ Dei, cuius in media ira non obliuiſcitur, noſipſos ſuſtentemus, ne vel in comminationibus, vel in medijs etiam ærumnis, ſpem omnis ſalutis abijciamus, & in deſperationem ruamus præcipites. Neq; enim fingendus eſt Deus, vt homo, qui implacabili nonnunq̃ ira præditus eſt, ſed rationes operum Dei ſic examinandæ ſunt, vt tam in promiſſio-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 310 8°

nibus quã in minis veracem eſse ſtatuamus, & cum peccatorum noſtrorum magnitudine, etiam gratiæ Dei amplitudinem agnoſcamus, ita vt ob conſcientiam ſcelerum ipſum non fugiamus, ſed ad pœnitentiam vocantem audiamus. Quamuis enim propter peccata nos puniat, non tamen Deus noſter eſse deſinit, ſi modò cum illo in gratiam redire cupimus.

Secundo, admonet hæc exhortatio peculiariter miniſtros verbi, vt dum homines impietatis ſuæ arguunt, & communia ſcelera ipſis ob oculos ſtatuunt, increpando, corripiendo &c. haud negligant ad pœnitentiam exhortari, eiuſq; rationem explicare, vt intelligant haudquaq̃ præcluſam ſibi gratiæ & ſalutis viam, ſi modò agnitis peccatis, ad De-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 310 8°

um velint confugere. Sic Prophe-
tæ, ſic Chriſtus, ſic Apoſtoli docue-
runt, vt in iis ſpem veniæ accende-
rent, qui propter ſenſum iræ Dei,
animis conſternabantur.

Tertio, confutat hæc exhor-
tatio rigidos illos Nouatianos, eo-
rumq; complices, qui lapſis reditum
patere ad Deum per pœnitentiam ne-
gant, & conſcientias grauibus ter-
roribus conſtrictas in deſperationem
& exitium conyciunt. Et ſanè valde
deteſtabiles huiuſmodi ſunt errores,
quia non modò aperto verbo Dei re-
clamant: verũ etiam gratiæ & boni-
tati Dei vehemẽter aduerſantur, &
Chriſti pontificis officium abnegant
&c. Quare hoc Hoſeæ teſtimonio,
alijsq; cõſimilibus animos noſtros ad-
uerſus fanaticos ſpiritus & Diaboli

 inſul-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 310 8°

inſultus in ipſa conſcientiæ lucta confirmemus, & verè ſtatuamus propoſitam eſſe peccatoribus pœnitentiam, quemad: Manaſſes loquitur: nec ſeram vllam eſſe, niſi quæ non ſit ſeria &c. Huc autem referenda ſunt exempla ſcripturæ innumera, vt Niniuitarum, Dauidis, Manaſſæ, Magdalenæ, Petri, Zachæj, latronis in cruce &c. Parabolæ quoq; vt perditæ ouis, perditæ drachmæ, filij prodigi &c. Deus enim qui pater eſt, plusq̃ paternum affectum in nos retinet, & nihil perinde vt filiorum conuerſionẽ, ſiue emendationem quærit.

DE SECVNDO.

Porrò quia multi cum pœnitentiæ fit mentio, eam in externis quibuſdam geſtibus, & actione thea-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 310 8°

atrica conſiſtere exiſtimant, atq; adeò ſe probè pœnitentiam agere reputant, cum externa luctus cuiuſdã ſigna oſtendunt, cœtibus ſacris interſunt &c. Ac interim nullo peccatorum ſuorum ſenſu tanguntur, nec toto corde ad Deum, relictis peccatis, reuerti cogitant: Propheta ſeriæ pœnitentiæ rationem adijcit, vt ab hypocriſi homines abducat, & ſtuporem in agenda pœnitentia ipſis excutiat.

Cum ergo inquit, Conuertere Iſrael ad Dominum Deum tuum, quoniã corruiſti in iniquitate tua, tollite uobiſcum uerba, & conuertimini ad Dominum, & dicite &c.

Tria nobis potiſſimum conſideranda ſunt.

Primum, quod conuerſio no-

ſtra ab ijs rebus fieri debeat, quæ nos à Deo diſſepararunt. Conſtat autem Eſaiæ teſtimonio cap: 59. Iniquitates noſtras inter Deum & nos diuiſiſſe, & peccata noſtra abſcondiſſe faciem eius à nobis. Quare à peccatis noſtris conuerti debemus, & à vitijs illis reſurgere, quibus hactenus fuimus obnoxij. Hìc itaq; in vera pœnitentia, diligenti examine opus eſt, & tota vita noſtra (quæ nihil aliud eſt, quàm auerſio quædam à Deo, dum neglecto verbo Dei, ſtudia carnis ſectamur, & cupiditatum flammis à Deo prohibitis, indulgemus) cum norma legis diuinæ conferenda. Quod cum fit, videbimus nos in multis tergum obuertiſſe Deo patri per verbum vocanti, & vehementer ipſum noſtra

in-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 310 8°

inobedientia offendiſſe. Si enim penitus conditiones noſtras inſpexerimus, non modò varia & atrocia ſcelera in externis actionibus relucent: verumetiam interior magna eſt nobis rebellio, & contumacia aduerſus Deum. Mens prauis opinionibus de Deo, & denſiſſimis tenebris referta eſt, voluntas à Deo auerſa eſt, nec libenter ſe voluntati Dei ſubijci patitur, affectus inordinatis motibus æſtuant, libidine, odio, vindictæ cupiditate &c. Vt interim taceam, ſummam carnis voluptatem eſſe, plurimas habere peccatorum occaſiones. Hæc omnia ſi verè pœnitere volumus, toto corde agnoſcere oportet, atq; immunditiē tam internam, quàm externā deplorare, & deteſtari, vt ſeriò expaueſca-

mus ad iram Dei peccatum damnantis, & grauiſsimo ſupplicio punientis.

Hinc collige, qualis ſit illorum conuerſio, qui dum pœnitere volunt, nihil prorſus de abyciendа peccandi conſuetudine cogitant, ſed in impio propoſito pertinaciter perſeuerant, iurant, potant, maledicunt, ſcortantur, calumniantur &c. quod, proh dolor, hoc tempore euidentius eſt, quam commemorare ſit neceſſe.

Secundo, ſciendum eſt, quòd ad Dominum Deum noſtrum conuerti debeamus, id eſt, cum peccatorum noſtrorum, & iræ Dei ſenſu grauamur, non conuertamur ad creaturas, aut humana præſidia, non conuertamur ad hominum adinuentiones, & propria merita, ſed ad

Do-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 310 8°

Dominum Deum noſtrum, qui ſolus omnia gubernat, qui omnis boni fons eſt, & largitor, cuius beneficia erga nos extant innumerabilia, qui benignus eſt, & multæ miſerationis, qui ad ſe confugientes non aſpernatur, & â quo ſolo tota noſtra ſalus, & liberatio dependet, nec prius ceſſemus, antequam illum apprehenderimus.

Sed quomodo hoc fit? Id certè fit, viua in Deum fiducia, qua ex animo ſtatuimus, ipſius gratia & bonitate, per filium mediatorem nobis exhibita, remitti nobis peccata, dari iuſtitiam, ſalutem, & vitam æternam. Neceſſarium enim eſt, vt in hac conuerſione, mediatorem Chriſtum eiuſq; beneficia, perpetuò intueamur, per quem nobis patet aditus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 310 8°

ad thronum gratiæ. Quia namq; natura ſumus filij iræ, & naturaliter conſpectum Dei fugimus, qui ſeriò peccatis noſtris iraſcitur, mediatorem, quem propoſuit æternus pater, quæramus ſeduló, ipſiuſq; interceſsione vtamur, vt in eo cui vnicè complacitum eſt, Deo reconciliemur, & per ipſum ſublatis peccatis, & placata ira Dei, in gratiam redeamus. Vnde & Chriſtus ipſe in ſuo nomine pœnitentiam, & remiſsionem peccatorum prædicari voluit. Lucæ, 24.

Qui igitur ſic ſtatuit, ad Dominum Deum ritè conuertitur, & ad hunc Dominus ſe conuertit, eumq; vt filium acceptat, & amplectitur &c. At econtrà qui vel ad merita ſua ſe conuertit, aut in conuerſione aliquouſq; progreſsus ſub-

ſi-

ſiſtit, carnis illecebris ſuperatus, ad Deum vſq; non contendit, ſed quia reſpicit à tergo, regno Dei non eſt idoneus.

Tertium eſt, vt modũ & formulam inuocationis in agenda pœnitentia, quam pulcherrimè præſcribit Propheta, nobis familiarẽ faciamus. Cum enim inquit, Accipite uobiſcũ uerba, & dicite &c. *Vult vt in agenda pœnitentia, non inania quædam verba, ſed infirmitatem noſtrã, & graues lapſus in conſpectu Dei, conteſtantia adferamus, ac fateamur cum Dauide, iniquitates noſtras ſupergreſſas eſſe caput noſtrum, & ſicut onus graue, grauatas eſſe ſuper nos: Et cum Manaſſe, multiplicatas eſſe iniquitates noſtras ſuper numerũ arenæ maris:* Non enim diſſimulan-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 310 8°

landa ſunt, quæ Deum ipſum latere non poßunt, ſemper cor, & renes noſtros ſcrutantem. Deinde etiam fateamur nos prorſus omnis auxilij inopes, niſi Deus ipſe qui ad ignoſcendum propenſus eſt, nos in peccata prolapſos manu ſua erigat, ſuaq; bonitate peccata noſtra aboleat. Ipſum ergò rogemus, vt omnem iniquitatem noſtram auferat, id eſt, peccata & delicta, tam cognita quam incognita nobis per filium condonet. Nemo enim ſingula peccata ſua, nouiße aut recenſere poteſt, quemad: Dauid ait, delicta quis intelligit &c. ac ſimul precemur, vt gratiam & ſpiritum ſanctum nobis communicet, confirmet & regat nos, ne à carne & Sathana victi in carnis deſideria relabamur. Id enim hoc loco per

phra-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 310 8°

phraſin (accipe bonum) Luthero ſignificatur.

Porrò pro tantis beneficijs gratiarum actionem haud omittendam admonet Propheta, cum ait: Reddemus vitulos labiorum noſtrorum: Vitulos enim labiorum ſcriptura laudes, gratiarum actionem, & beneficiorum Dei celebrationem appellat, quæ ſacrificijs Deo acceptior eſt. Vult enim Deus ſuam miſericordiam, & immenſam in nos clementiam, à nobis agnoſci, & prædicari. Quemadmodũ ipſe Pſal. 50. loquitur. Inuoca me in die tribulationis, eruam te, & glorificabis me. Et Dauid Pſal: 69. Laudabo nomen Dei cantico, & magnificabo eum laude, & placebit Deo magis

quam

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 310 8°

quam taurus, aut iuuencus, qui cor-
nua producit & vngulas &c.

DE TERTIO.

Cum conſtat quænam ſit pœ-
nitentiæ ratio, & quo pacto pro re-
miſsione peccatorum impetranda, ad
Deum confugiendum ſit, Propheta
effectus ſiue fructus, vera pœniten-
tia dignos recitat, clarè oſtendens,
ſine ſancto piè rectèq; viuendi propo-
ſito, & peccati fuga, pœnitentiam
conſiſtere non poſse. Qui enim ſeſe
malis ijſdem, ex quibus liberatus eſt,
immergit temerè, ſciens, volenſq;,
is gratiam Dei excutit, & Satha-
næ mancipium ſeipſum conſtituit.
Duo autem hic agit Propheta, pri-
mum monet ea deponenda eſse pec-
cata, quibus hactenus Deum quam
maxi-

13

maximè irritauerunt Iſraelitæ. Secundò confirmationem addit ab hominum conditione, & à natura Dei. Cum itaq; ait, Aßur non ſaluabit nos, ſuper equum non aſcendemus, neq; dicemus vltra, Dij noſtri, opera manuum noſtrarum: oſtendit Iſraelitas duabus hiſce abominationibus, quammaximè contaminatos, fiducia videlicet fœderum, humanorumq; præſidiorum, & horrenda idololatria. Tàmetſi autem & alijs vitijs obnoxij erant Iſraëlitæ, tamen quia hi præcipuì ſunt politiæ & èccleſiæ errores, primæ tabulæ aduerſantes, & eorum correctio, ſiuè emendatio, plurimum ad bonorum operum ſtudium adiumenti adfert, eos potißimum Hoſeas nominare voluit.

Vnde

Vnde nos obſeruemus, pri-
mum, quod quiſq; dum ad Deum ſe
conuertit, & peccatorum veniam
precatur, etiam vitæ ſuæ rationem
examinet, & vitia tam interna,
quàm externa, quibus ſe obnoxium
eſſe intelligit, ſummo ſtudio deponat,
dum nouitati vitæ ſtudeat, in pieta-
te, ſanctimonia, charitate, & dili-
gentia vocationis. Quemadmodum
enim populus Iſraeliticus in Deum
fuit contumelioſus, inani fiducia fœ-
derum & idololatria, quæ ſe corri-
gere velle pollicebatur: Ita & nos ex
animo, & magna cura, vitia hodiè
graſſantia fugiamus, verbi Dei cõ-
temptum, blaſphemias, auaritiam,
ſcortationes, ebrietates, pauperum
oppreſſiones, vſuras, ſimultates, ac
totam deniq; vitam ſic inſtituamus,
vt

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 310 8°

vt Deo approbari poßit.

Secundo obſeruemus peßimum eße vitium, rebuſpub: pernicioſißimum, & ſumma cum contumelia Dei coniunctum, auxilijs & potentia humana niti, neglectoq; Deo his rebus confidere, quæ prorſus ficulneæ ſunt, & paleis ſimiles, quas ventus aufert, & dißipat: ac rurſus tutißimum ac optimum eße præſidium ad conſeruandam regnorum & rerumpub: ſalutem, omnem in deum ſpem & fiduciam referre, ac verè ſtatuere ipſi cauſam noſtram curæ eße, eumq; potenter hoſtium impreßiones, conatus omnes diſturbare poße, etiam cum auxilia, & præſidia nulla ad manum eße videantur.

Tametſi autem Deus magiſtratum muniuit potentia, vt ea ad de-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 310 8°

fenſionem ſubditorum ſuorum vtatur, tamen neq; potentiæ, neq; viribus, neq; fœderibus, neq; præſidijs vllis fiduciam tribuat, ſed ſoli bonitati & potentiæ Dej confiſus ad res gerendas ſe accingat.

Exempla autem huius rej quamplurima ſcripturæ perhibent, quibus ſic vtendum eſt, ne rebus ſecundis inſoleſcamus, aut in aduerſis ſpem & fiduciam omnem abijciamus. Vide quæ in explicatione Pſal. 20. annotauimus.

Tertiò, obſeruemus ſummo ſtudio cauendum eſſe, ne opera manuum noſtrarum faciamus Deos noſtros, id eſt, ne ad idololatriam, aut cultus commenticios, contra verbum Dej, deflectamus. Non enim pura & incontaminata religio, cum ſuperſti-

tioni-

tionibus aut fiducia propriorum meritorum conſiſtere poteſt. Procliue autem eſt humanum ingenium, ad nouos cultus confingendos, atq; ad certas quaſdam ceremonias excogitandas, quibus ſe Deum placare poſſe exiſtimat. Quare aduerſus carnis noſtræ ſenſum, muniendus eſt animus noſter, mandato, promiſsionibus & comminationibus Dei, atq; adeò grauibus illis exemplis, quœ in ſuo populo edi voluit, vt ſummum periculum eſſe cogitemus, ſi à verbo Dei ad proprias cogitationes deflexerimus.

Porrò pulcherrima eſt hæc ratio, quam Propheta addit, ad fidem noſtram in ſolum Deum confirmandam. Cum enim omnes nos ſumus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 310 8°

Pupilli, viribus, prudentia, conſilio deſtituti, atq; parentum noſtrorum lapſu in magnas, atq; multiplices miſerias coniecti, nec non varÿs malis in hoc mundo obnoxÿ: Cumq; ipſe Deus ſe ſolum pupillorum, & orphanorum tutorem & patronum eſſe multoties teſtetur, atq; verè in defenſionem, pauperes & derelictos ſuſcipiat, magna eſt inſania vlli rej humanæ, quantumuis plauſibili confidere, & Deū patrem, aſſertorem, & defenſorem noſtrum, apud quem ſumma eſt ſalus & conſeruatio, relinquere, ipſiq; humanas opes, potentiam, & ſapientiam præferre, quibus nemo aliter quam arundini inniti poteſt, quæ pondus ſuſtinere nequit.

Hìc obſerua communem omnium

um

um noſtrum conditionem depingi, & conſolationem vberrimam in quibuscunq; afflictionibus proponi, ſi nos totos Deo addixerimus.

Quamuis enim natura noſtra orphani ſumus, ſine viribus, quæ noſtris neceßitatibus ſuccurrere poſsũt, aut iniurias propulſare: habemus tamen patrem miſericordem, clementem, & potentem, qui nos, propter infirmitatem noſtram, haudquaquã deſerit, ſed erigit, iuuat, ſolatur, & defendit. Quemadmodum Pſal: 10: dicitur. Pupillo tu eris adiutor. Et Chriſtus Iohan: 14. ait. Non relinquam vos orphanos &c.

Hac cogitatione nos in omnibus afflictionibus tam internis, quã externis ſuſtentemus. Vbi enim peccati conſcientia, & metus iudicij, ac mor-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 310 8°

mortis nos torquet, cogitemus nos quidem orphanos eſſe: ſed non ideo à Deo abijci, imo ipſius beneficio, in filiorum ſortem acceptari, omniq; beatitudine & fœlicitate ornari. Vbi quoq; nos ægeſtas, tyrannis, morbi, vel mundi contumelia opprimit, cogitemus patrem & ſuſceptorem noſtrum, æternos theſauros nobis communicaturum, ſtatuamus ipſum potentiſſimum Dominum eſſe, aduerſus quem nulla tyrannorum & Diabolorum vis, præualitura eſt vnq̃, nec non ab ipſo nos, deleta omni ignominia, æternam gloriam accepturos. Ita fiet, vt crux omnis, & afflictio nobis leuior reddatur, & in tribulationibus certũ auxilium cõſequamur.

Faxit Deus, vt ſepoſita humanarum rerum confidentia, in ipſo

ſolo

ſolo acquieſcere, & ab ipſo auxiliū, & præſidia in quibuſcunq́ neceßitatibus, toto animo expetere poßimus, qui pater pupillorum, orphanorum & pauperum, eße & dici voluit: huic ſit gloria, laus, poteſtas, & benedictio in ſecula ſeculorum, Amen.

TEXTVS CONCIONIS *tertiæ Diej.*

Sanabo auerſiones eorum, diligam eos ſpontaneè, quia auerſus eſt furor meus ab eis. Ero quaſi ros, Iſrael germinabit ſicut lilium, & erūpet radix eius ut libani, ibūt rami eius & odor eius ut libani, conuertentur ſedentes in umbra eius, uiuent tritico & germinabunt quaſi uinea, memoriale eius ſicut Vinum libani.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 310 8°

ENARRATIO.

POſtquam Propheta populum Iſraëliticum accuſatione ſcelerum & comminatione pœnarum, ad pœnitentiam exhortatus eſt, eiuſq; rationem tradidit, vt omni ſemota hypocriſi, ad Deum ſeſe quiſq; conuerteret, vberrimam & afflictis mentibus dulciſsimam conſolationem, ſubnectit, qua conſcientias alioqui trepidantes, & dubitationum fluctibus vacillantes, confirmat, & in ſpem vitæ, omniumq; bonorum ſpiritualium erigit, vt inde haud fruſtraneam pœnitentiam, aut irritas in conſpectu Dei preces ſuas fore colligāt, atq; etiam cognoſcant, qualis ea ſit fœlicitas & beatitudo, quam ipſe Deus paterna ſua clementia omnibus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 310 8°

ad ſe redeuntibus, & confugientibus eſt largiturus. Vult enim Deus per Prophetas & miniſtros ſuos, illuſtria & memorabilia gratiæ ſuæ extare teſtimonia, vt inter varia rerum diſcrimina, varios terrores, tentationes, & calamitates, perpetuò ad bonitatem Dei aſpirare diſcamus, ne vel propria fragilitate, vel Sathanæ inſidijs, vel malis mundi exemplis decepti, terrenis cogitationibus abripiamur, & à Deo omnis veræ conſolationis fonte deficiamus.

Vt autem vtiliter hæc à nobis obſeruari poßint, & cum fructu in tota vita conſeruari, duo præcipuè ex his verbis tractemus.

1. Alterum eſt, Memorabilis hæc promiſsio fauoris, &

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 310 8°

gratiæ Dei, omnibus pœ-
nitentibus facta.

II. Alterum eſt huius promiſ-
ſionis effectus, ſiue fructus
reconciliationis cum Deo.

DE PRIMO.

*Propheta huic illuſtri promiſ-
ſioni authoritatem initiò conciliat,
Deum loquentem, & animis, pecca-
torum ſenſu conſternatis reſponden-
tem, introducens, vt non minus ve-
ram hanc conſolationem & promiſſi-
onem ſtatuant, quam ſi Deum ipſum
è cœlo clamantem audirent, aut eti-
am præſentem eorum quæ dicuntur,
teſtem aſpicerent. Quia namq; mag-
na eſt noſtra infirmitas, & diffi-
culter promiſſionibus aſſentimur,
adeò graphicè ſuam dilectionem &
φιλανθρωπίαν exprimit Deus, vt ſine
vl-*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 310 8°

Vlla hæſitatione firmiter animis noſtris inſideat, ipſũ verè nos exaudire, & clementer quæ petimus concedere.

Deinde egregia & nota loquendi forma, oſtendit ſe peccata, & auerſiones noſtras, quœ nihil aliud ſunt, quam putrida quædam vulnera, inſtar medici præſtãtiſſimi ſanare velle, ſauciaq; contritorum corda obligare, vt quæ prius terrificis doloribus fuerunt obnoxia, medicina ſaluberrima plenæ ſanitati reſtituantur. Ad hæc ineffabilem ſuam gratiam fidelibus commendat, dum ait. Diligam eos ſpontaneè ſeu liberaliter (vtrumq; enim Hebraica voce notatur) ſignificans ſe haudquaquã meritis vllis, ad hæc præſtanda beneficia, ſed amore voluntario, quo ſuos perpetuò complectitur eſſe prouocatum.

Præ-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 310 8°

Præterea ne quiſquam cogitaret, in aduerſitatibus Deum huius ingentis ſui amoris oblitum eſſe, addit, auerſum eſſe furorem ſuum ab eis. Tametſi enim in cruce offendatur caro, tamen verè ſtatuant pij omnes, ſe in medijs anguſtijs Deo curæ eſſe, nec propterea negligi, quod interdū durius caſtigentur. Ex his omnibus nobis doctrinæ petantur.

Prima, ſolius eccleſiæ proprium eſſe, illas conſolationes, ex verbo & promiſſionibus diuinis habere, quæ nullis vnquam malis euerti poſſunt. Quærunt ethnici varias illecebras, quibus dolores ſuos leniant, attamen dum acrius vrgentur, deficiunt, & aſſiduis aduerſitatibus fracti, ſine omni conſolatione ſuccumbunt. Atqui piæ mentes, quæ promiſſio-

*miſsionibus Dei adhæreſcunt, in me-
dijs etiam pauoribus, & periculis
eriguntur, certi de exauditione, præ-
ſentia, & liberatione Dei. Non
enim talem ſibi Deum fingunt, qua-
lem Iouis ſtatuam in Creta erectam,
monſtraſse narrant, videlicet ſine
auribus, & oculis: ſed promiſsioni-
bus, & exemplis, quorum plenæ ſunt
ſacræ literæ, ſeſe ſuſtentant, ac fir-
miſsimè credunt Deum cum iuſtus
ſit & benignus, ſine* προσωποληψίας
preces hominum exaudire.

*Secunda, Quód ſolius Dei ſit
auerſiones noſtras & iniquitates cu-
rare, Quemadmodum clamat Eſaiæ
43. Ego ego ſum qui deleo iniquita-
tes tuas propter me, & peccatorum
tuorum non recordabor. Et Micheæ
7, dicitur. Quis Deus ſicut tu, qui*

au-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 310 8°

auſers iniquitatem & tranſis ſuper peccatum reliquiarum hæreditatis tuæ. Quia namq; peccati & auerſionum nomine cenſentur, quæ volũtati Dej in lege reuelatæ aduerſa ſunt, nemo certè peccata remittendi poteſtatem habet, niſi ipſe Deus, in quem transgreſſione legis peccatur. Quare ruunt omnia eorum commenta, qui condonationem peccati, iuſtitiam & ſalutem, non ſoli Deo, ſed proprÿs operibus, meritis, aut commentitÿs cultibus aſcribunt, eoq; pacto & Deum ipſum contumelia afficiunt, & ſeipſos veris conſolationibus ſpoliant.

Tertia, quòd nulla tam atrocia ſunt ſcelera, nulli tam graues naturæ noſtræ morbi, quin eos omnes perſanet

De-

Deus, ſi ipſum vnicum medicum, & animarum noſtrarum curatorem agnoſcere volumus. Quid quæſo atrocius dici poteſt, quam hominem auerti à Deo, ipſiuſq; voce contempta, ijs rebus oblectari maximè, quæ Deum honore ſuo ſpoliant, & nihil niſi nominis Domini blaſphæmiam apportant? Et tamen Deus auerſiones huiusmodi, & horribilia ſcelera, propter quæ decem tribus aliquando, vaſtatæ ſunt, ſe ſanaturum promittit. Neq; ſanè hæc vt inania quædã verba accipienda ſunt, ſed verè ſciendũ eſt Deum æternum patrem in filio mediatore, qui attritus eſt propter ſcelera noſtra, & vulneratus propter iniquitates noſtras, omnium peccatorum noſtrorum ſordes abſtergere, & vulnerum dolores

ſeda-

ſe dare, vt nouis viribus inſtruamur, & ad vitam æternam regeneremur.

Quarta, quòd fundamentum, & cauſa noſtræ ſalutis ſit gratuitus Dei fauor, qui ex certo iudicio profectus, ineffabili bonitate ſe in nos diffundit, varijsq; donis, & beneficijs nos ornat. Hunc certè fauorem & dilectionem Dei, quo nos adeò profuſè & liberaliter diligit, nemo ſatis explicare poteſt. Nam eius amplitudine & maieſtate, cogitationes noſtræ longè ſunt inferiores.

Interim tamen quantum fieri poſſit, dilectionis Dei argumenta frequenter cogitemus, atq; non modò ea ex cumulatiſſimis illis donis, quæ in tota natura conſpiciuntur, verum etiam ex inenarrabili beneficio, quod miſſione filij, Mundo

Deus

Deus exhibuit, alijsq; officijs, quibus indies in eccleſia ſua erigenda, conſeruanda, & purificanda vtitur, æſtimemus, quo plusq̃ paternum Dej erga nos affectum intuentes, ad ipſum intrepidè in quacunq; neceſsitate confugiamus. Hinc eſt quod Paulus, gratuitò, ait, commendat charitatem ſuam Deus in nobis, quoniam cum adhuc peccatores eſsemus, ſecundum tempus Chriſtus pro nobis mortuus eſt. Rom. 5. Et 1. Iohan. 4. In hoc eſt charitas, non quaſi nos dilexerimus eum, ſed quoniam ipſe prior dilexit nos, & miſit filium ſuum propitiationem pro peccatis &c.

Quinta, quòd in ipſa cruce, & calamitatibus, quas nonnunq̃ immittit Dominus, ſpem ſalutis certam & inconcuſsam retinere oporteat. Etſi

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 310 8°

enim interdum ſub cruce gemimus, tamen certi de fauore, & dilectione Dei, paternam caſtigationem patienter feramus: quia vult hanc in nobis carnem ſubigi Dominus, vt internus Homo de die in diem renouetur, & creſcant in nobis inuocatio, fides, patientia, & ardens colendi Deũ ſtudium.

DE SECVNDO.

Porro vt hæc conſolatoria concio, in qua Deus ipſe afflictis ſaluberrimam medicinam, & plusq̃ paternam dilectionem offert, adhuc illuſtrior, & amabilior euadat, picturis quibuſdam elegantibus, commoda & fructus commendat, quos ferent omnes, qui ex animo conuertuntur, & promiſsionibus Dej

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 310 8°

acquieſcunt. Sunt autem gratæ ſimilitudines ex arboribus, lilyѕ, roſis, oliuis, libano &c. Odore ſuaue quiddam ſpirantibus, & pulchritudine ſua ſe commendantibus, deſumptæ: tum quia vim quandam non aliunde, quam à Deo naturæ rerum inſitam, exprimunt: tum quia de fructibus admonent, qui iuxta benedictionem Dej, in tota vita delectabiles, & vtiles exiſtunt. Quare yѕ non raro vtitur ſcriptura, vt plantationem eccleſiæ, quæ prorſus cœleſtis eſt, & fructus piorum omnium Deo gratiſſimos, hoc pacto nobis ob oculos ponat. Cum ergo inquit, Ero quaſi ros. Iſrael germinabit ſicut lilium &c. ſignificat fideles omnes hoc habituros commodi, vt cum antea fuerint arentes, & ſteriles, rore verbi

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 310 8°

cæleſtis, & ſpiritus Dej operatione, ſic irrigentur, vt veram in animis ſuis conſolationem percipiant, & ad omne bonum opus reddantur idonej. Vt enim rorulentus humor, floribus fomentum eſt molliſsimum, ita cordibus piorum gratiſsima eſt refocillatio, quam verbum Dej ſuppeditat, & motus ſunt verè floreſcentes, quos ſpiritus Dej excitat.

Vnde nobis hæc obſeruanda ſunt, primum quòd natura noſtra vsq; adeò ſteriles ſimus & infrugiferi, vt ne ad minimum opus pietatis producendum, aut etiam cogitandum aliquid, quod Deo placeat, ſimus idonej. Secundo, quòd non aliunde, quam ex Deo ipſo vis germinandi, & fructus bonos producendi, proficiſcatur. Niſi enim ipſe cæleſti rore

nos

nos humectauerit, nihil vnq̃ præter
horridam ſterilitatem, è nobis expe-
ctandum erit. Deinde cum ait,
Erumpet radix eius ut Libani.
oſtendit germinationem, & decorem
hunc fidelium non momentaneum fo-
re vt lilij, quod debili radice eſt, &
breui flacceſſit, ſed florentiſſimum,
& firmiſſimum. Quemadmodum
enim radices arborum, quæ in monte
Libano creſcunt, firmiſſimæ ſunt,
ita piorum fides, quæ in Chriſto Ieſu
radices defixas habet, aduerſus quoſ-
uis tentationum ventos firma conſi-
ſtit, nec Sathanæ, aut mundi incur-
ſionibus cedit. Obſerua hoc robur,
plantatis in domo Domini, per ſpiri-
tum Dei adijci, vt audacter ſe omni-
bus furoribus, & Diabolis oppo-
nant, atq; etiam in quibuſcunq; tenta-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 310 8°

tionibus, fide conſtantes permaneant. Quod idcirco cogitandum eſt, vt ij quos Dominus gratiæ ſuæ participes fecit, & in vnitatem fidej vocauit, minimè propter perſecutiones, pericula, aut certamina, confeſſionem abijciant: ſed intrepidi, & immoti perſiſtant, deumq; precentur, vt incremẽta fidei, maioreſq; radices & progreſſus, indies largiatur.

His accedit quod de ramis loquitur, quos ituros dicit, fidei & veri cultus Dei propagationem intelligens. Illud enim omnium fidelium eſt ſtudium, vt non ſecus ac rami, ſe longè lateq; diffundant, ad propagationem ſalutaris doctrinæ, & quamplurimorum ſalutem.

Præterea gloriam fidelium oliuæ confert, & odorem eorum Liba-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 310 8°

bano, indicans haudquaquam fidem piorum inanem fore, aut obſcuram, ſed fertiliſſimam, & celeberrimam. Eſt enim piorum gloria non in externo ſplendore poſita, ſed in ipſa fructuum abundantia, & ſerio bonorũ operum ſtudio, vt homines Deum glorificent, & ad pietatem inuitentur.

Porro quod de vmbra, tritico, vinea, & memoria loquitur, ad conſolationem, conſeruationem, propagationem, & celebritatem ſtatus fidelium pertinet. Nam cum in hoc mundo varij ſunt laborum, tentationum, & periculorum æſtus, vna hæc eſt laſſis & in æſtu fatigatis, vmbra & refocillatio, quòd ſciant ſe eſſe in cœtu fidelium, in quo Deus ipſe regit, viuificat, verbo ſuo paſcit, con-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 310 8°

ſolatur, & victoriam contra hoſtes, aliaq; dona tribuit, omnibus mundi theſauris maiora: vnde vehementer eriguntur, & confirmantur, atq; etiam præſentia Dei, ipſiuſq; promiſſionibus, in medijs malis exultant. Adhæc tametſi in mundo contemptibiles, & abiecti habeantur, & extrema ignominia nonnunq̃ afficiantur, tamen in memoria æterna erunt, quẽadmodum Pſal: 112. dicitur, ipſorumq; fides, conſtantia, & patientia apud omnes celebrabuntur.

Cum itaq; hæc ſit piorum omnium, qui in Chriſto, vera vite, plãtati ſunt, fœlicitas & gloria, omnibus mundi opibus & honoribus, excellentior, diſcamus terrenarum rerũ cogitationibus quantum fieri poteſt,

renun-

renunciare, atq; per verā pœnitenti-
am ad Dominum Deum, quem tur-
piſsima apoſtaſia reliquimus, conuer-
ti, aſsiduiſq; & ardentibus gemiti-
bus, ab ipſo præſidia & defenſio-
nem, in quibuſcunq; malis, efflagita-
re. Ita fiet, vt infirmitatibus no-
ſtris ipſe Deus medeatur, noſq; in
gratiam receptos, donis ſuis quam-
plurimis adaugeat, vt tanquam olea
fœcundiſsima fertiles efficiamur, &
vt radices Libani conſtantes in fide
perſiſtamus, donec huius vitæ exi-
lia, cum cœleſtibus tabernaculis com-
mutauerimus, in quibus cum filio
Dei, & omnibus electis, perpetuam
fœlicitatem & gloriam immarceſsi-
bilem poſsidebimus. Concedat hoc no-
bis æternus pater, per filium vnige-
nitum, humani generis aſsertorem,

&

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 310 8°

*& ſaluatorem vnicum, cui cum pa-
tre, & ſpiritu ſancto, laus ſit
& gloria, in omne æuum.
Amen.*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 310 8°



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 310 8°

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 310 8°

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 310 8°